



# BOLETIN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEON.

El dia 2 del actual se verificó la apertura del curso de 1865 en 1866 en el Seminario Conciliar con toda la solemnidad acostumbrada y bajo la presidencia del Exmo. é Illmo. Sr. Obispo. El Sr. D. Juan Manuel Carlon pronunció la oracion inaugural en estilo correcto, de elegantes formas y de sana filosofía.

El estado del Seminario es muy satisfactorio, tanto si se atiende al número de cursantes, como á la disciplina académica y adelantos en la enseñanza. Todo corresponde al ilustrado zelo con que el Prelado procura que florezca este plantel de ministros de la Iglesia, y á los esfuerzos con que el digno Sr. Rector y Catedráticos secundan las miras de S. E. I.

Hé aquí la oracion inaugural.

EXCELENTISSIME AC ILLME. DOMINE:  
Inest homini sciendi aviditas à na-  
tura ingenita: Sapientiæ quidem  
amor ab exordio fuit mundi, et pri-  
mum philosophum veré dixerit quis-  
quam primum hominem, qui justus  
prodiit é Creatoris manu, nec prop-  
terea mentis circumvolutus tene-  
bris, quibus ab originis peccato de-  
turpati sunt posteri: nescivit ille in-  
fantiam, vixque natus, adultam sen-  
sit rationem. Ille certe tam animan-  
tia, quam plantas, et cetera suæ po-  
testati subjecta, nomine quodque  
apellavit suo; in quo quidem mu-  
nere adeo sapientem, atque naturæ  
peritum se probavit, ut in Cratyllo  
suo fidenter asseruerit Plato. prima  
rerum nomina mirabiliter exprimere  
ipsarum rerum virtutes, nec appel-  
lari tam propriè res potuisse, nisi  
appellantis mentem regeret divina  
sapientia. Nihil profectò sub cœlo  
est, quo certius et solidius confirme-



tur ad grandia et sublimia natum esse hominem, quam nobilissimum desiderium, quo trahitur et urgetur ad scientiam. Nullo non fuerunt tempore illustres ingenio viri, qui laudabiliter conantes, ac nulla penè intercedente desudantes, gloria litterarum excellerent; qui per invia, per prærupta, per tenebras, una duce mentis dexteritate, ad rerum intelligentiam adreperent; qui sapientiæ vestigiis insistentes, et maria tranarent, et in diversas orbis partes discurrerent, et longo vitæ spatio peregrinarent; qui denique, quidquid potest mortalis infirmitas, totum adhiberent, ut ab silente, ac penè obductante natura, secreta id generis extorquerent. Hinc certè sunt, qui se homines esse planè neverunt, nec eatenus natos, ut fruges consumerent, ac inanibus oblectamentis consenescerent sed ut principem sui partem inquisitio ne pulcherrimæ veritatis excoolerent. De iis autem loquor, qui seriò veritatem inquirunt, nec ultrò sese obcœcant, et voluntariâ caligine involvunt. Postremis namque hisce temporibus non defuerunt, qui se philosophos perperam dicentes, pertinaciter garrincent, fidentissimi pronunciant, errores facile disseminant, mores denique corrumpunt. Materialistæ profectò, totum hominem ad meram, ut dicunt, organizationem revocantes, omnem religionem evertunt, eorumque systemate semel inducto, cum Dei notione omnis simul moralitas, et humana felicitas omnis subruitur. Mirum itaque non est ab incredulis postremi sæculi philosophis tan ardenter ipsum arreptum, et tantostudio fuisse propagatum; tum ab Encyclopedistis gallis, quorum præcipui de

Alembert (1) et Diderot (2), tum ab assentatoribus Friderici M., *De la Mettrie*, (3) nempe, *Maupertuis*, (4) *Voltaire*, (5), aliisque ejusdem furfuriis hominibus. Ætate verò nostra quamvis minus diffusa sit materialistica doctrina, ab omni tamen progressu non destitit, atque à fructibus exitialibus produceendis: ipsam inter alios propugnarunt *Cabanis*, (6) *de Traci*, (7) *de Volney*, (8) et recentissimè demum *Broussais*, (9) qui omnia ferè præcedentium sensualitarum commenta recognit. Ilerandi verò sunt homines, quos materialismus ipsis bestiis miseriores reddit! Sed neque ab eis minus cavendum est, qui purioribus coruscare spirituallum notionum radiis sese gloriantur.

(1) *Mélanges de littérature, de histoire et de philosophie*

(2) Pæter encyclopædiæ ab ipso ordinatam: *Vues philosophiques.... sur les principaux objets des connaissances de l'homme, et Pensées philosophiques*, atque hujusmodi non minus impia quam frivola et superficialis scripta.

(3) *Oeuvres philosophiques*; inter alia: *Histoire naturelle de l'ame L. homme machine — L. femme plante*. Doctrinam hujus auctoris ipsi tituli luculentter probant.

(4) *Système de la nature*. — *Essai de philosophie morale*

(5) *Lettres philosophiques*. — *Essai sur les mœurs*. — *Dictionnaire philosophique*; &c.

(6) *Rapport du physique et du moral de l'homme*.

(7) *Éléments d'ideologie*.

(8) *La loi naturelle, ou catéchisme du citoyen français*. — *Principes physiques de la morale*.

(9) *De l'irritation et de la folie*. — *Cours de phrénologie*.

tes, humanam rationem volunt supremam omnium judicem, etiam adversus dogmata, quæ vel Deus ipse liquidè manifestavit, vel supremi Ecclesiæ Pastores legitime definierunt, vel catholici Patres, omnes quidem, ubique, semper, quæ divina esttraditio propugnarunt: abeis, inquam, qui autonemam rationem facientes, eamque à religionis norma arcere conantes, illi soli tribuunt quidquid eximium et pulchrum; adeoque civilem culturam ab ipsa desumptam docent, divinam religionem passim irridentes; cui quidem sophisticæ doctrinæ juventutis animos in dies capienti, sequentem thesim objicio: «Catholicismus est integrum atque absolutum civilis culturæ systema, extra quem chaos tantum atque corruptio invenitur.»

Quanta esset, et quam publica et effusa morum omnium depravatio, antequam Evangelii splendor elucesceret, norunt eruditæ omnes. Pulchrâ velata facie, speciosâque induita veste, putidam corruptionem intus exhibebat vetusta societas. Omnibus namque cupiditatibus effrenata licentia erant homines dediti, omni prorsus vinculo erat familia destituta, individuum nimis abjectum, potestas enervata, intemperatus amor, nullo patrocinio erant iura fulcita, cunctæ denique notiones huc et illuc fanatici vento leviter trahebantur. Plerique homines terrimis diræ servitutis erant angustiis oppressi, virgines impudenterissimè stupratae; humanus scaturiebat crnor, et quod scelestius est, pudor etiam in publicis ludis immolatus intererat: quæ quidem omnia adeo truculenta et nefanda publico usu erant cohonestata, ipsis legibus sancita, suisque tribuebantur diis,

mutua similitudine sibi utrūque manuexilioris misericordia menimoni easque quos cupiditatum omnium atque vitiorum patronos exhibebant. Neronis verò ætatem atque Tiberii modò perlustremur, tuncque splendentem Christianismi auroram intueri attento animo nobis licebit. In abscondito Palæstinæ oppido, et quidem instabuli caligine tunc temporis nascitur, qui sedentibus in tenebris et in umbra mortis illuminaturus venerat; sapientia plenis cunctas notiones corrigit; illibata societatis cujusque atque individui sancit officia; ferreae perrumpit servitutis vincula; eosque qui tali sub jugo crudeliter detinebantur fratres dicens, in hominum censum atque filiorum Dei reponit, quò factum est, nt vatis cuiusdam verbæ usurpare meritò ipsi iam possent:

«Os homini sublime dedit, cælumque tueri.»

«Fussit, et crectos ad sidera tollere vultus.»

Problemata omnia, quæ sibi antiqua philosophia proposuerat, quin iis solvendis par fuerit, doctrinæ sua cœlitus delapsa solvit, utpote quæ plenè cunctis societatis indigentiis, temporumque varietati satisfaceret. «Pueriliter pueros, inquit S. Augustinus, (l) fortiter juvenes, quiete senes, prout cujusque non corporis stantum, sed et animi ætas est, exercet et docet; fæminas viris suis, non ad explendam libidinem, sed ad propagandam prolem, et ad rei familiaris societatem; casta et fidelis obedientia subjicit; viros conjugibus, non ad illudendum imbeciliorem sexum, sed sinceræ amoris legibus præficit; parentibus filios libera quadam servitute subjungit, parentes filiis pia dominatione præponit; fratribus fratres religionis

(l) Lib. I De morib. Ecclesiæ.

«vinculo firmiore quam sanguinis  
nectit; omnem generis propinquiti-  
atem et affinitatis necessitatem.  
«servatis naturae voluntatisque nexi-  
bus, mutua charitat constringit;  
«dominis servos, non tam conditio-  
nis necessitate, quam officii delec-  
tatione docet adhaerere; dominos  
«servis, summi Dei communis domi-  
ni consideratione, placabiles et ad  
«consulendum quam ad coercendum  
«propensiores facit; cives civibus,  
«gentes gentibus, ac prorsus homi-  
nes hominibus, primorum parentum  
«recordatione, non societate tantum,  
«sed quadam etiam fraternitate con-  
jungit; Reges docet prospicere po-  
pulis. omnes populos se subdere re-  
gibus .... ostendens, quemadmo-  
dum et non omnibus omnia, et om-  
nibus charitas, et nulli debeatur  
inuria.» Nitidus christi nismi sol  
cum primum affulsit, societas etiam  
florescere incepit: in connubiis pu-  
blica quædam servabatur honestas et  
sanctitas, theatrorum licentia minus  
expudorata quam olim erat, gladia-  
torum crux non amplius amphitheatra  
madebant, homines denique sub tali influxu sinceri. veraces,  
justi magis efficiuntur in contracti-  
bus, in publica rerum administratio-  
ne, in propriis officiis ritè persolven-  
dis, cæterisque omnibus in quibus  
societas optimè consistit.

Præstantissimum vero morum ru-  
ditatem atque turpitudinem eradi-  
candi opus Ecclesia deinceps semper  
prosecuta est. Medio etenim ævo  
iuginam nisi Religio catholica ejus-  
que ministri, præsertim vero Roma-  
ni Pontifices sedulò adlaborarunt,  
ut populi ab illa barbarie, quæ Eu-  
ropam penè universam dominaba-  
tur, eriperentur? Aquilonis incolas  
in Austrum cœco Marte irruentes

aspicite, legiones evertere, muros  
scandere, camporum planities de-  
vastare, urbes igne funditus excide-  
re, obtorto denique collo plurimo-  
rum catervam terrore commotam  
trahere; ipsos postea victoriâ elatos  
intuemini, primis eorum ducibus  
occisis, omni prorsus vinculo ad tan-  
tam eorum sævitiam effrenandam  
destitutos, victis gentibus confusos,  
cruentum tamen bellum foventes,  
cunctosque et victores et victos in  
tanto sanguinis gurgite obruentes,  
ut orbis exitium videretur immine-  
re..... Mundi vero salutem Deus in  
christianismo posuerat, altis radici-  
bus ipsum coalescere faciens: sa-  
pientiae quidem plenitudo in suis co-  
dicibus, suaque in disciplina instau-  
rationis germina continebantur. Tan-  
tum itaque aggreditur facinus; sa-  
crorum librorum intima scrutatur,  
atque luculenter extricat; orienta-  
lium morum splendorem in propa-  
tulo ponit: atque dum victimas et  
ruinas sæva ferocitas congerere ubi-  
cumque non desinit, misericordiam  
simul et justitiam, charitatem et  
pietatem hominum cordibus infigere  
nititur Ecclesia. Consonam Dei no-  
tionem, temporum injuriâ penè obs-  
curatam, disertè tradit, sapientem  
corde, et fortem robore (1) ipsum ex-  
hibens, qui transtulit montes, terram  
commovet, præcipit soli, et non oritur,  
et stellas claudit quasi sub signaculo;  
qui facit Arcturum, et Oriona, et Hy-  
das, et interiora Austri, (2) ad cuius  
mutum columnæ cœli contremiscunt et  
pavent; (3) qui cardines quoque maris,  
operiet, si voluerit extendere nubes  
quasi tentorium suum, et fulgurare lu-

(1) Job. IX, 4.

(2) Ibid. 5, 6, 7, et 9.

(3) Ibid. XVI, 11.

*mine suo desuper, (1) qui, denique, in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua (2) Homines etiam tamquam unius parentis filios, qui unicam veluti familiam constuant, fraterno charitatis vinculo colligatos refert. Societas denique, mancipiorum sanguine, quæ ab invicem jugulabantur, olim tincta, tanquam cœtus à christiana ethice perhibetur nulla ex parte turbatus, ipsius membra amico fœlere conjuncta, arctissimisque adunata nexibus, qui ab altis Dei sedibus originem ducunt. Hisce factis vix leviter adumbratis, undique coruscanti luci oculos quicumque occludere sponte non vereantur, veræ *civilitatis* germina in christianismi visceribus toto tempore fuisse contenta, fateantur necesse est. Plurimi vero rationis vires tantòpere extollunt, adeoque philosophiam efferunt, ut christianæ ethices principia ab ipsa cognosci semper potuisse, et etiamnum posse affirmare non erubescant. Nesciunt tamen qui talia effutiunt, vel ignorare præsumunt, salutari Evangelii influxu ejusmodi principia, quæ facillima nobis videntur, quæque nobiscum orta credimus, evolvi tantum potuisse. Morum vero evangelica doctrina in socialibus institutionibus, in codicibus, in scientiis atque artibus, cunctis denique in hominum factis, octodecim abhinc saeculis proditur. «Nullam invenio causam, loquitur Rousseau, (3) quâ philosophiæ tribuatur librorum nostrorum ethices, quæ quidem ab Evangelio edocta, christiana prius erat, quam philosophica diceretur.» Quidquid enim cernimus, palpamus,*

et quod ad incunabulis sumus ipsi debetur, quin ab ea supersedere possimus; quo factum est. ut vi propria adquisitum perperam credamus, quod ad iuventute ætate, Religionis tantum ope, sensim addiscere incepimus. Silentio deinde præterendum non est, neque societatem instruere, neque in pristinum statum, à quo fortasse fuisset disturbata, redigere, humanam industriam umquam potuisse. Postulat enim societatis ratio, ut ipsa consistere possit, in hominum corda notiones instillare, quibus in officio se contineant, ex virtute agant, animi cupiditates coercere, atque appetitus sedare valeant; hoc autem à philosophica ratione numquam factum fuit, ac seposita revelatione numquam fiet. ut aperte Rousseau fatetur, ita philosophum alloquens: «Frustra virtutem statuere ac confirmare unius rationis ope conaris: nam quo umquam fundamento illam poteris sustentare? Præclaræ quidem sunt tuæ de moribus leges, sed earum cedo, quæso, sanctionem. Age, quid æterno inferorum igni suffectum vis?» (1) Sæpè profecto dantur difficultia rerum adjuncta, in quibus homo constitutus, sibique relictus, ægræ oīnino, in nullo adducitur modo ad sectandam justitiam. sibique à malo cavendum Hominem fingamus captum amore, delirantis in modum pluriès agitatum, auras tunc aromatibus perfusas ore trahentem, cupiditatis nunc, quâ flagrat, æstu jactatum; & tantumne libidinis ardorem extinguere philosophica quæcumque ratio, aut quidem mollire poterit? A mundi denique origine ad ætatem usque apostolicam, perfectionem saltem fieri, magisque ad

(1) *Ibid.* XXXVI, 29 et 30.

(2) *Ibid.* XXXVII, 7.

(3) *Lettres écrites de la montagne.*

(1) *Emile I* III p. 187.

veritatem ac virtutem accedere societatem jam potuisse, cui libet videatur: historicis vero monumentis dignoscimus, eò priores fuisse populos, quò magis ad suam. ut ita dieam, infantiam accedunt; dum eo detiores è contrario factos, quo magis ab ipsa recedunt. Sinenses profectò, quorum imperium antiquissimum est, cum neque scientiis neque artibus sint destituti, summam perfectionem attingere debnissent; in suis attamen superstitionibus ac in morum pravitate permanent, imo et detiores sunt quam fauerunt tot retrò sœculis, prout et in ceteris populis evenit. Cilicibus enim pulchrum erat prædari; furtum Lacedæmoniis et priscis Germanis erat concessum; Stoici non ducebant probro suas aut aliorum hominum carnes comedere; apud Caribes indos saginabantur infantes parentum epulis porrigendi; alii denique mendaces liberos. et parentes senio confectos interimere fas ducebant, aut sibi ipsis consciere mortem. Ast non integri tantum populi, sed vel ipsi sapientiores philosophi, revelatione destituti, cœcutterunt et toto cœlo errarunt; quod quidem, dolentes suorum systematum: insufficientiam, agnoscunt, et palam confiteri non erubescunt. Plato namque (1) Socratem ita loquenter inducit: «Necesse est expectare donec discatur quemadmodum ad Deum: et homines habere se deceat.» Cui respondet Alcibiades: «Quando erit, o Socrates, et quibus præceptor? Jucundissime enim hunc hominem, quisquit erit, agnoscam.» Cui Socrates: «Ille est qui tui curam gerit..... qui ab anima tua caliginem aufert, eaque auxilia suppeditabit, quibus bonum à malo dignoscas.»

(1) In *Alcibiade*, II.

Plato vero in *Epinomide* ait: «Docere pietatem neminem posse, nisi Deus tanquam dux et magister præiverit.» Et Cicero addit: (1) «Ex philosophis nonne optimus et gravissimus quisque confitetur multa se ignorare, multa sibi etiam atque etiam esse discenda?» Jamblichus demum ita loquitur: «Quæ Deo grata sunt, scire difficile est, nisi quis vel eum qui Deum audivit, vel Deum ipsum audierit» (2) «Quid vero de legibus? Doctrinæ ab Ecclesia de moribus traditæ: nonne sufficere possent? Injusta plurima, noxia multa, imo et absonta non paucæ veteres complecti leges, neminem fugit. Apud Ægyptiorum quidem gentem scientiis olim celebratissimam, tradit Herodotus, solas filias patri matrique vitæ necessaria suppeditasse, ab hoc officio, *constituta lege*, absolutis masculis Ea viguit apud Persas *lex*, ut gravissimi cujusdam criminis reo existente patre, communi ruina involverentur insontes filii atque soboles universa; ipsoque etiam damnarentar mortis suppicio: quæ quidem apud Carthaginenses et Macedonas, referente Justino, non tantum olim invaluit, sed apud aliquos Asiæ populos hodiecum etiam obtinet. Ipsum denique romanum jus, quod tanti faciunt, et quidem merito, hodierni critici, cujusque pretium ubique prædicant, nævis non vacat: nam ut alia prætermittant exempla, servos omnes, occiso domino, sub eodem tecto degentes morte damnabat. Quod vero scientia legesque tot retrò sœculis facere numquam valuerunt, jhoccine ab ipsis æstate nostra fieri posset? Immerito post dicta quisquam, hoc quæreret,

(1) *Quæst Tuscul.* lib. 5.

(2) *De vita Pythagoræ* cap. 28.

nisi morum emendationem involvi à quibusdam affirmaretur in præsenti humani generis progressionē, cunctarumque scientiarum in publicis incrementis. Verum præterquam quod Augusti tempora, scientiis quidem præstantiora, moribus tamē potiora non fuerunt, præsentem humani generis progressum inficiari audes. Hisce fortassè verbis offensus, quispiam non deerit intra se dicens: «Nonne metallicum filum oculis passim contrectas, hominum sensa, fulguris instar, ducens ab altera in alteram mundi plagam, mirandam plane facilitatem. atque adeo præcipitem cursum quo iter nunc conficitur, urbes denique luminibus noctes fulgentes meridianam lucem pene æquivalentibus? Hæc utique omnia videnti simulque demiranti, humanum progressum ab his non constitui, sed materialium tantum bonorum incrementum, quorum dampnum etiam commodorum fruitionem esse mihi quidem videtur. à quo ille toto cœlo distat Quidquid vero de scientiis atque artibus sit, quæ nullam ad mores relationem dicunt, in iis autem que moralem vivendi rationem attingunt, præsenti sæculo nihil homines profecisse, in plurima è contra errorum monstra atque deliramenta fuisse delapsos, omnibus perspicuum est. Una quidem catholica Ecclesia vitiorum ac superstitionum colluviem funditus eradicavit, innumeris penè beneficiis doctrinâ sua societatem ditavit, sartam tectamque inter tot calamitates ipsam servavit, vastissimisque alterius hemisphærii regionibus veritatis lucem tulit, Quotne inveniuntur recentiores philosophi, qui cupiditatibus cunctisque domus commodis valedixerint, atque mortis subiectæ periculo sese objecerint, ad populos in ignorantia detentos illus-

trando? Urbium illecebras natorumque blandities nunquam ipsi reliquerunt, ut neque Academi semitas Athenarumque delicias veteres dimisserunt. Religionis vero ministros aspice, ut verbis utar Leibnitzii. (1) «veritatis lucem per maria et ignes et gladios ad remotas gentes ferre, solamque animalium salutem negotiari; cunctas illecebras, atque ipsam jucunditatem colloqui convictusque sijū interdicere, ut abstrusarum veritatum contemplationi ac divinæ meditationi vacentur; juventutis educationi sese dicare ad spem doctrinæ et virtutis; miseris desperatis, captivis, damnatis, ægrotis in squalore in vinculis, in remotis terris auxilium ferre atque adesse, ac ne mortis quidem metu ab effusæ charitatis officio deterreri. Quicumque hæc ignorant aut spernunt, hi nihil nisi plebejum et vulgare de virtute sapiunt, et hominum obligationem erga Deum solemnium, qualicumque obitione et frigida illa consuetudine vivendi, quæ vulgo sine zelo, sine spiritu in animis regnat, ineptè metiuntur.» Absque religione, inquam denique, corruptuntur mores, tuncque societas in interitum vergit: tollite religionis habenas, atque in pristinam barbariem illicò relabentur populi. Hæc itaque cum sint, quoniam à philosophicis elucubrationibus desistere, atque disciplinam ipsam deserere oporteret? Hæc profectò nonnullis in maximam litterarum perniciem insedit opinio, philosophiam sensim inducere temerè assidentes in irreligiosam licentiam, ejusque propterea cultores voluntario sese objicere periculo catholicæ religioni terga vertendi; nihil tamē magis à ratione absonum. Phisici etenim et philosophi qui peritiores,

(1) System. Teolog., Paris 1819 p. 88.

idem religiosiores quoque fuerunt, ut Newtoni exempla, Euleri, Galilæi aliorumque confirmant. Hinc celebre illud Baconis à Verulamio dictum: *Leves gustus in philosophia movere fortasse posse ad atheismum. pleniores verò haustus ad religionem reducere.* (1) Neque sapientissimi etiam defuere in catholicis philosophi. Iræneus, Justinus, Teophilus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Origenes, ab indefessa in litteris assiduitate Adamantinus dictus; qui sane omnes elegantissimis, et profunda doctrina conscriptis operibus, de christiani nominiis osoribus gloriösè triumpharunt; eosdemque calumniatores æterno inustos dedecore ad silentium redigunt. Inde autem nunquam interrupta serie numeravit Ecclesia catholica Doctores moribus gravissimos, et doctrina supereminentes, Cyprianum, Athanasium, Basilium, Gregorios, Ambrosium, Hieronimum, Cirilos, Chrisostomum, Augustinum, aliosque innumeros, quos tantâ copia videtur Deus difficillimis Ecclesiæ temporibus in orbem misisse, ut philosophantibus in sanctæ fidei dogmata, et erroribus undique serpentibus, ingenii sublimitatem, heroicam fortitudinem, et indefessam defatigationem opponent.

Unum propterea superest, vos præsertim alloquens. *juvenes scolares*, ut nempe multis precibus obsecrem, impellam, urgeam, ut litteras habeatis in amoribus, ut ex animo colatis philosophiam; quæ sive fortuna vobis arriserit, sive adversa contigerint, sive Theologiam prosequamini, sive Jurisprudentiæ vacetis, sive togam olim induatis, sive militari denique gloria rapiamini, numquam non vobis erit eru-

ditum otium, numquam non in miseriis casibus perfugium, numquam non utile, suavissimumque oblectamentum. Id in vestros intendite conatus, ut, quam mentem ab supremo rerum Opifice liberaliter accepistis, pro viribus perficiatis; quæ quidem facientes, parentum sollicitudini, magistrorum studio, societatis expectationi respondebitis, atque ANTISTITHS etiam nostri clarissimi animum explebitis, qui nervos omnes contentit, nullaque adlaborat intermissione, ut ad sapientiae fastigium studiosa juventus condescendat. Ipse etenim, præter plurima que in omnium oculis sunt posita, Conciliorum et Pontificum monitis obsequens, atque illustrissimi Præcessoris (*felicis recordationis*) animo jam conceptum consilium ad exitum perducens, Juris Canonici disciplinam in Seminario statuit, theologici studii curriculum ita compleus; hujusce præterea ætatis conditionem et cursum apprimè cognoscens, nullisque sumptibus atque laboribus parcens, phisicum condidit gymnasium, præcipuis ornatum instrumentis: qua quidem agendratione, omni laude dignissima, eorum os, ut ita dicam, obstruitur, qui *lucis amatores* arroganter dicti, *tenebrarum patronos* nobis impudenter dictitant et calumniantur. Vos autem, inquam denique, omni studio incumbite, ut thesaurum nobilissimum veritatis inquisitione compareatis; ut scientiarum viam, initio quidem ingratam, ingredientes, ad temperantem modestiam animum componatis; ut prudenter omnino, humanè ac sobriè sapiatis; et polliceri non dubito, summam suavitatem in eruītis lucubrationibus olim gustaturos, atque PATRIÆ DECUS ET ORNAMENTUM FUTUROS. = DIXI.

(1) *De augm. scient. lib. 1.*

*El Cuadro de la enseñanza es el siguiente.*

Profesor.	Asignaturas.	Años	Días	Materias.
1. <sup>o</sup>	Lógica, Metofísica é Historia de la Filosofía.	• • •	D. Juan Manuel Carmona.	Cuevas, Cerdin, . . .
2. <sup>o</sup>	Física y elementos de Matemática.	Br. D. Alejo Pascual.	Todos. 8½ a 10 3 a 4 Núm. 3	Cuevas-Cerdin, . . .
3. <sup>o</sup>	Física, Química, Cálculo diferencial é integral y Físico-Matemática.	Dr. D. Dionisio Gutierrez.	Idem. . . Idem, . . .	Vallejo y Chavarri, . . .
		7		Vallejo. . . . Idem. . . Idem, . . .
				<b>TEOLOGÍA.</b>
1. <sup>o</sup>	Fundamentos de Religión y Lugares Teológicos.	Br. D. Juan L. Castellón, Perrone, . . .	Idem. . . Idem. . . Idem.	1
	Lengua Hebreo.	Dr. D. Baltasar Rodríguez, Slaughter.	Alternados 11½ a 12	3
2. <sup>o</sup>	Theología dogmática é Historia y Disciplina eclesiástica.	Dr. D. Fabián Zorita.	Todos. 8½ a 10 Idem.	2
	Lengua Hebreo.	Dr. D. Baltasar Rodríguez, Slaughter.	Alternados 11½ a 12	3
3. <sup>o</sup>	Theología dogmática y moral é Historia y Disciplina eclesiástica.	Lic. D. Higinio Busela.	Perrone, Gutiérrez, Palma, Todos. 8½ a 10 Idem.	4
		Dr. D. Pascual Colchero.	Idem. . . . .	333
4. <sup>o</sup>	Theología dogmática y moral é Historia y Disciplina eclesiástica, Crítica y Hermenéutica general, Patología y Oratoria Sagrada.	Dr. D. Baltasar Rodríguez, Janssen — Anato-Martínez.	9 a 10½ 3½ a 4½	6
5. <sup>o</sup>	Critica y Hermenéutica particular, Patología y Oratoria Sagrada... Lic. D. Francisco Fernández Idem.	Idem. . . . .	10 a 11½	3
6. <sup>o</sup>	Disciplina del Concilio de Trento y particular de España.	D. Félix Monge.	Idem. . . . .	1
7. <sup>o</sup>	Los alumnos de quinto año de Teología asistirán por la tarde <sup>4</sup> las lecciones de Moral en la clase de tercero.	Gallement, Villodas, Idem. . . . .	Idem. . . . .	2
		D. Félix Monge.	Gallement, Villodas, Idem. . . . .	
		Idem. . . . .	Idem. . . . .	
1. <sup>o</sup> y 2. <sup>o</sup> Decretales.	Br. D. Juan L. Castellón	Maschart cum omnis Givallii, . . .	11 a 12.	6
		CARREIRA ABREVIADA.		
1. <sup>o</sup>	Los alumnos de este año asistirán á la clase de primero de Filosofía para la carrera completa.	Compendio de Teología dogmática. Dr. D. Antolín Buitrago. Perrone (compendio).	Idem. . . . .	4
		Los alumnos de estos dos años asistirán por las tardes á las lecciones de Teología moral para los de carrera completa en tercero y cuarto respectivamente.	10½ a 12.	



En el Boletín de Vich de 20 de Agosto último leemos el articulo que á continuacion insertamos:

### LOS PAPAS HAN CONDENADO SIEMPRE LAS MALAS DOCTRINAS.

El periódico de Turin, titulado *La Unidad Católica*, refiriéndose á la reciente Encíclica de Su Santidad, se expresa en estos términos:

«Los Papas han condenado en todo tiempo las malas doctrinas, y sus condenaciones, como infalibles, han sido obedecidas como leyes en toda la iglesia. Pio IX acaba de condonar ochenta proposiciones impías, y esta condenación permanecerá eternamente.

Martino V condenó cuarenta y cinco proposiciones de Wicleff, y treinta de Juan de Hus. Y nótese que entre estas proposiciones hay muchas idénticas á las condenadas por Pio IX el dia 8 de Diciembre de 1864, hasta en los términos en los cuales están redactadas.

Las doctrinas de Wicleff y Hus eran en gran parte *políticas*; pero, aunque políticas, contrarias á la fe, á la moral y á la disciplina de la Iglesia. Las heregias no dejan de ser heregias, porque se oculten tras los pliegues de la política.

Leon X condenó cuarenta y una proposiciones de Martin Lutero, y así quedaron. Lutero se irritó, clamó, quemó la Bula del Papa, prometió destruir la Iglesia y muchas cosas mas. Esto no obstante, murió Lutero, murió su secta, y los Papas viven y vivirán para condenar todos los errores de todos los siglos. Martin Lutero contaba con el apoyo de muchos Príncipes que habían acep-

tado su doctrina. El Papa, no obstante, olvidando las amenazas de los Príncipes luteranos, se acordó de la promesa de Jesucristo y sin miedo á nadie condenó el error.

San Pio V, Gregorio XIII y Urbano VIII, condenaron las setenta y nueve proposiciones de Bayo y otros escritores muy acreditados, en el siglo XVI.

Alejandro VII condenó cuarenta y cinco proposiciones de varios escritores, porque las creyó escandalosas y perniciosas en la práctica.

Inocencio XI condenó setenta y ocho proposiciones de Miguel de Molinos.

Clemente XI condenó en la célebre Bula *Unigenitus* las ciento y una proposiciones de los jansenistas. Todo el mundo sabe cuanto ruido produjo en su origen esta Bula. Muchos Soberanos la rechazaban; había Prelados en Francia que no querían admitirla: los jansenistas rugían de cólera contra ella, y sin embargo los errores fueron condenados, los Papas vencieron, y los jansenistas y sus protectores, á pesar de su poder y de sus bravatas, murieron agoviadados por la ingnominia de su derrota.

Pio VI, en la Bula *Auctorem Fidei*, condenó las perniciosas doctrinas del conciliáculo de Pistoia y todas las impías máximas de la Constitución civil del Clero, redactada por los constituyentes franceses para perturbar y destruir la Iglesia Católica.

Figúrense nuestros lectores cuánto gritarian los *liberales* de 1789 contra Pio VI, por haberse atrevido á condenarlos. Esto, no obstante, el Papa los condenó, aceptó la persecución, fué expulsado de Roma, y

murió en el destierro. El Papa que le sucedió, elegido en Venecia, sostuvo las propias doctrinas que su antecesor. Así se pudo ver que, mientras que desaparecían los liberales de 1789, los legislativos de 1790, los convencionales de 1793, el directorio de 1794, el consulado de 1795, y el imperio de los primeros años de este siglo; así se vió que mientras sucumbían en Francia seis formas de gobierno en poco mas de veinte años, todas ellas enemigas de la Santa Sede, permaneció inquebrantable la misma Santa Sede, viendo morir á todos sus enemigos. Lo propio acontecerá en nuestros tiempos.

Que las tempestades son muy fuertes, convenimos en ello. Pero sabido es que los huracanes, mientras más fuertes son, mas pronto desaparecen. Sin que nadie los destruya, se desvanecen por sí mismos. Esto es lo único que debemos contestar á los católicos, que no ven cómo hemos de vencer á la revolución. No se intimiden.»

**ASTORGA.** *Conversion de una calvinista* —El Boletín eclesiástico del Obispado de Astorga publicó, en su número de 29 de Julio último, la interesante relación siguiente:

«Ayer ha obtenido el evangélico celo de nuestro piadosísimo Obispo una de las satisfacciones más cumplidas y que más pueden interesarle: ayer se verificó una ceremonia sumamente tierna y sublime en la iglesia parroquial de Santa Marta, de esta ciudad.

Adela Julia Perrer, natural del Cantón de Neufchâtel, república de Suiza, educada en la religión calvinista, se presentó en Noviembre

último á nuestro Excmo. é Ilmo. Prelado, manifestandole sus deseos de convertirse al Catolicismo y entrar en el gremio de la Iglesia Romana.

S. E. I. la recibió con la bondad y cariño que tanto le distinguen, y oyó su demanda con placer y prudencia singulares; y, para que con el mayor acierto y seguridad se realizase un hecho de tanto interés y gloria para nuestra religión, acordó que una de las señoras de la Sociedad de San Vicente de Paul de esta ciudad se encargase de la instrucción rudimental en las verdades primarias de nuestra Santa Fé de la Católica; y para la exposición de estas verdades y el magisterio de todo lo necesario, á fin de prepararla debidamente al ingreso en el seno de nuestra Santa Iglesia, y recibir con la luz de la Fé católica, la participación de los divinos Sacramentos, designó al Lic. D. Pedro Carracedo, canónigo lectoral de esta Santa Iglesia, persona de notoria respetabilidad, de conocida ciencia y de bondadoso carácter.

Cumplido esto, bien asegurado S. E. I. de la sinceridad de los deseos de la Adela, de su instrucción en las principales verdades de nuestra religión, admirablemente comprendidas en el catecismo de nuestra doctrina, y de la abjuración que privada y repetidamente había hecho de los errores de la secta protestante en que se educara, según testimonio dado por su maestro y director espiritual, dicho Sr. Carracedo, había dispuesto administrar por sí mismo las imponentes y numerosas ceremonias para el bautismo de los adultos, que, reconocidos sus errores, entran en el seno de la misma. Empero una enfermedad

que sobrevino á la Catecúmena y su salida á la Santa Pastoral Visita hubieron de privarle de esta satisfacción, y encomendó, por tanto, al Sr. Gobernador de la diócesis que ultimara estos actos lo mas pronto posible.

Felizmente ayer tuvieron lugar en la ya expresada iglesia de Santa Marta, siendo el ministro de tan augustas ceremonias el muy digno Sr. Gobernador, acompañado inmediatamente de los Sres. Lectoral y Párroco D. Miguel Sanromán. Administradas las salutables aguas del bautismo á la neófita ante una numerosa concurrencia de fieles, el Sr. Provisor celebró el Santo Sacrificio de la Misa, durante el cual la Adela, postrada junto al altar y acompañada de sus padrinos, Don Matías Arias, administrador económico de la diócesis y Doña Teresa Martínez de Quiñones, del celoso Sr. Carracedo, su maestro, y de la mayor parte de las Hermanas de San Vicente de Paul, recibió el Pan Eucarístico; dando á conocer sus gratas emociones y enterneciendo á los fieles que presenciaron este nuevo triunfo del Catolicismo.

Nuestro caritativo Prelado conferenciaba frecuentemente con el director acerca del estado é instrucción de la Adela, á quien designó desde el primer momento 4 rs. diarios para su subsistencia y la de dos tiernas niñas, sus hijas, y las Hermanas de San Vicente de Paul le señalaron 16 libras de pan cocido semanalmente.

Damos, pues, el mas solemne parabien á nuestro virtuosísimo Obispo, cuya ardiente piedad y cuyo celo apostólico tan alto rayan; le damos asiñismo á las Hermanas de

San Vicente y al ilustre Sr. Licenciado D. Pedro Carracedo, que últimamente y durante la Misa, en un breve pero tierno, improvisado y elocuente discurso, manifestó á la recien convertida las gracias de que era deudora á la Divina Providencia, y sus altos deberes.

#### NOVÍSIMO CATECISMO DE TELOGÍA MÍSTICA, Ó CAMINO ABREVIADO DE PÉRFECTIÓN.

Por el R. P. Fr. Francisco Manuel Malo, Lector de Sagrada Teología del Colegio de Misiones para tierra santa y Marruecos de la ciudad de Santiago.

Esta obra, de la que en poco tiempo se hicieron tres ediciones, sale en esta 2.<sup>a</sup> muy adiconada por su autor, y en ella se encuentran con brevedad y claridad la parte especulativa y práctica de la Teología Mística con las reglas precisas y medios para adquirir la perfección, que deben saber Sacerdotes, Religiosos, Confesores y penitentes, y todos los que desean caminar sin peligro por el intrincado camino de la virtud, con la ayuda del Señor. Además lleva unidas algunas meditaciones del Sto. Dr. S. Buenaventura sobre la vida del Salvador, traducidas del Latín por el mismo autor y las de S. Pedro de Alcántara sobre los Novísimos y Pasión del Señor.

Su Emma, el Sr. Cardenal Arzobispo de Santiago concede cien días de indulgencia al que leyere ó oye leer cualquier Titulo ó Meditación de esta obra. También el Excmo. e Ilmo. Sr. Obispo de esta Diócesis concede 20 días de indulgencia en la forma del Sr. Cardenal de Santiago.

Se vende á 4 rs. ó aplicacion de una misa, en casa de los Sres. Presbíteros D. Antonino Milla, Corral de S. Guisán, núm. 2 antiguo, y D. Mariano Blasco, Tesorería, 1.<sup>o</sup> entresuelo.